



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. VIII. De remedijs pro eo, qui à Sensualitate sua victus esse videtur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



luntate ac gratia ad faciendum bonum impellatur, ) nisi eisdem Dei operationibus in se consentiat: ita & eadem voluntas nostra nunquam potest dici mala & aliena à Deo ( quantumcunque grauitè ac diu à Sensualitate tentetur, turberetur, impellatur ) nisi eidem consenserit.

**C A P. VIII.**

*Quid faciat, cui videbitur superior voluntas sua seu Ratio, ab inferiori voluntate seu Sensualitate, iam deuicta, eidemque omninò subiecta.*

D 4

Di-



*Cōtra  
torpo-  
rem.*

**D**ilecte fili, si tibi nonnunquam videatur voluntas tua superior seu Ratio, in pugna contra Sensualitatem tuam nihil efficere; quod nullū efficacem motum contra prauos affectus in te deprehēdas; noli turbari, sed viriliter persiste, & constanter pugnare necesses. Nam quamdiu Ratio tua se à consentu in istiusmodi affectus Sēfualitatis tuæ cohibet; tamdiu tu hostibus superior es in prælio, meliora quæ eis obtines.

*Non tē  
tari, nō  
est p-* Non enim tibi necessarium est, ut omnes affectus ac motus Sensualitatis in te, Ratio-  
nis



nis tuæ imperio mox acquiescant: nec in hoc nostra consistit victoria, ut nullos prauos motus Sensualitatis in nobis sentiamus. Sufficit autem quod Ratio ac voluntas nostra (quatenus cumque Sensualitas inordinatis motibus suis in nobis, sæuiat) semper possit facere & omittere, tractare, velle ac desiderare quodcumque, quando, quomodo, quoties, & ex causis quibuscumque voluerit. Quinimò nec diabolus ipse, neque Mundus totus voluntatem hanc nostram unquam cogere possunt.

Et licet nonnunquam eue-

D s            niat,

fectio  
nis in  
dicium



*Quo-  
modo  
repen-  
tinis ac  
vehe-  
mentib.  
tenta-  
tionib.  
obuian-  
dum.*

niat vt hostes tui ex impro-  
uiso, & cum tanto impetu ac vi-  
olentia in te irruant, aded vt  
Ratio tua tempus non habe-  
at, cogitationes ac exercitia  
pia, quæ istis violentis motib<sup>9</sup>  
repugnarent, in se ipsa susci-  
tare: tantum tunc vtere lin-  
gua tua, & dic: Non, non cre-  
do tibi, Nolo te, Non con-  
sentiam tibi in hoc in æternū.  
Sic, inquam, te tunc geras, si-  
cut q̄ ab hostib. suis exteriori-  
bus ex improviso obruitur. Is  
enim cum se capulo gladij tu-  
eri non potest, resilit aliquan-  
tulum vt locum & tempus ha-  
beat, gladium suum euaginā-  
di,



di, & hostem cuspide petēdi.  
Resilias ergo & tu, vt habeas  
tempus agnoscendi vilitatem  
tuam; videlicet quòd ex teipso  
nullatenus possis superare: si-  
mulque & spem atque fiduci-  
am omnem collocandi in De-  
um, qui potest omnia. Atque  
tunc validum ictum hosti in-  
flige, dicens: Domine adiuua  
me. O De<sup>9</sup> me<sup>9</sup> succurre, suc-  
curre misero mihi. O Iesu. O  
MARIA, dignissima mater  
Dei, fer opē periclitanti. Et si  
quid temporis habeas reliquū  
poteris voluntatem tuam ne  
vincatur, Intellectu tuo non-  
nihil iuuare: considerando ea

D 6 me-



84 CAP. VIII. Pugne

media. quibus ipsa volūtas tua  
contra hostes suos corrobora-  
rari possit.

*Remed-  
ium  
impa-  
tientie.*

Vt si quandoque contingat  
te propter aliquam tribulati-  
onem, graui Impatientia affi-  
ci, adeò vt voluntas tua eam  
ferre aut dissimulare neque ve-  
lit, neque possit: confestim  
suscipias sequentes cogitatio-  
nes. Primùm, num aduersita-  
tem hanc commerueris: & si  
inuenis te eam commeruisse,  
aut causam ei dedisse; proti-  
nus quiescas animo, nec por-  
rò turberis: quoniam æquum,  
ac iustum est, vt vulnus, q̄ tu-  
is



is ipse manibus tibi inflixisti,  
patienter sustineas.

Si autem intelligis te aduer-  
sitati huic causam nō dedisse,  
tunc conuerter oculos mentis  
tuæ ad alia peccata tua, ob quæ  
tu teipsum hactenus non vt  
debueras, afflixisti. Inde colli-  
ges: quòd benignus ac miseri-  
cors Deus, tibi vel pœnam æ-  
ternam, quam in inferno, vel  
temporariam, quam in Purga-  
torio sustinere deberes; in hâc  
paternam ac mitem castigati-  
onem commutauerit. Pro-  
ptereaque æquissimum esse,  
vt non solùm placida mente  
sustineas, sed & pro tanto be-



86 CAP. VIII. Pugna

neficio eidē gratias agas. Tertio, si tibi videbitur, te pro leuibus peccatis satis magnam duramque pœnitentiam egisse: (quod tamen nunquam apud te statues:) iterum cogita, neminem in regnum cœlorum posse intrare, nisi per angustam portam abnegationis sui ipsius, & patientiæ in varijs tribulationibus. Nam & Christus Dei filius, saluator noster, omnesque Sancti Dei per hanc solam viam ingressi sunt in Cœlestem illam patriam.

Luc. 13.

Act. 14.

Heb. 12

I. Pe. 2.

et 5.

Quarto, etiamsi posses per aliam viam intrare in regnum

cœ-



cœlorū, tamen Charitatis iure ac debito, istud nequaquam optare debes. Nam si filius Dei, ex amore tui, & propter patientiæ exemplum, per spinas & crucem ingressus est in gloriam suam: nonne & te ex amore in ipsum, per tribulationes multas illò contendere dignum est?

Quintò apud te statues, inter omnes meditationes, quantumcunque pias, in quibus te exerceri oportet, ut voluntatem tuam in his, alijsque euentis ac necessitatib. tuis, quam optimè confortes; hanc præcipuam ferè esse, si cogites  
quan-



88 CAP. VIII. Pugnae

quantum gaudium atque lætiti-  
am capiat Deus, quàm ce-  
lebre festum agat, quàm largo  
te prosequatur amore: si te vi-  
deat nomine suo tam strenuè  
pugnare. Non potest enim ipsi  
quicquam gratius abs te fieri,  
quàm si prava in te desideria  
morrifices ac eradices, & è cõ-  
trariò virtutum studia secteris:  
idque propterea, quia scias  
ipsius hanc esse voluntatem  
ac beneplacitum.

Itaque, iuxta iam traditam  
doctrinam, para tibi tanquam  
strenuo militi, qui propter  
Deum iam ingressus es præli-  
um; cor virile ac constans: vt  
ali-



aliquid magni obsequij, tanquam insignis heros, Domino Deo tuo præstare possis.



## CAPVT IX.

*De occasione pugnae non fugienda.*

**D**ilecte fili, omnibus tibi à me hæctenus propositis medijs ad consequendas virtutes, addo tanquam memoriale quodpiam: ne occasiones pugnae tibi occurrentes, metuas atque declines. Nam si virtutem quampiam (exempli loco, Patientiam) consequi

vo-